



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

43. An casus dubius, si contineatur in Bulla Cœnæ, possit absolvī à quocumque Sacerdote ab Ordinario approbato? Ex quo deducitur, quod casus dubius non censetur reservatus. Ex p. 10. tr. 14. & Misc.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

iste: ergo manet penitentia absolvitur ab excommunicatione. Porro validam fuisse ab initio abolutionem durante dubio negari non potest, quia alioquin ille sic absolvitur non est capax suffragiorum, aut beneficiorum; imò nec licet sacramentorum nisi per accidens propter ignorantiam, quae omnia absurdum sunt. Denique si semel ablata est censura, eo ipso cessavit referatio peccati, quod referatum erat ratione censurae; nec potest redire referatio non redeunte ipsa censura.

5. Hinc constat responsio ad rationem dubitandi supra posita: dicimus enim Sacerdotem inferiorem absoluere quidem ab excommunicatione, quam haereticus v. g. incurrit, & quae referatur erat secundum se; sed cessavit referatio propter dubium adueniens, in quo dubio suspenditur referatio; ita tamen, ut si durante illo dubio non absolvatur penitentis, postea cessante dubio redeat referatio, & iam non possit absolvitur ab inferiore. Nam referatio non est sicut excommunicatione, quae non redit sine noua culpa, sed est ablato potestatis, quae potestas dari potest pro aliquo tempore vel circumstantia, & afferri potest, ut sit tempore Iubilaei, quo cessat referatio, & transfacto illo tempore redit pro iis, qui noluerint lucrari Iubilatum. Sic enim afferitur quamdiu durat dubium, atque ideo tunc censura & peccatum possunt afferri ab inferiore, cessante autem dubio redit referatio, si non fuit data absolutio tempore praecedenti. Et hoc omnia docet Lugo loc. cit. quae secundum ipsum mentem dicta esse volo,

RESOL. XL.

An quando quis confessus est peccatum dubium, si possit certo comperit esse reservatum, teneatur illud confiteri cum Confessario habente potestatem circa reservata?

Et supponitur in reservatione non includi peccata dubia.

Et an saltem teneatur confiteri supra dictum tale peccatum tanquam certum apud quemcumque ordinarium Confessorium? Ex part. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 7. 2.

Sup. hoc quod hic supponitur in Ref. seq. & in aliis eius primis not. Sup. hoc lege doctrinam §. 1. annot. seq.

§. 1. **V**ppono in reservatione non includi peccata dubia, vt, me citato, recte obseruat Aversa de sacram. Pénit. que. 17. scđt. 2. Imò ego puto, quod si post factam confessionem, & acceptam abolutionem de tali peccato dubio certior fiat penitentis de suo peccato, non teneri de eo amplius confiteri apud superiorum, vel alium ministerium habentem facultatem super causis reservatis; non quia non teneatur iterum confiteri tale peccatum tanquam certum, nam teneatur illud confiteri, sed quia poterit apud quemcumque ordinarium Confessoriū de illo confiteri, & absolviri. Et ita hanc sententiam tenet Aversa vbi suprà, & ante illum Cardinalis Lugo de sacrament. Pénit. disputation. 20. scđt. 2.

Contrarium legem ex Lugo in Ref. prae-rita. s. Ad secundum, & in aliis not. prima pракita-

RESOL. XLII.

An dubitans, utrum casus sit reservatus, possit illum Confessarius absolvere?

Et an possit referari peccatum in dubio, an sit mortiferum in materia aliqua determinata? Ex part. 4. tr. 3. Ref. 4.

Sup. hoc supra Ref. 39. 5. Nota etiam cursum in principio, §. 1. **N** Egatius responderet Armilla, Freitas, & Corpraio Ref. 39. 5. Nota etiam cursum in principio, absoluendi à referatis, judicare an causus referatus sit.

2. At ego contrariam sententiam teneo cum SA & de verb. causa reservari, num. 5. Ochagavia de sacram. Pénit. tract. 2. q. 1. 3. num. 8. Hurtado de Sacram. tom. 1. diff. 1. 1. de pénit. dub. 6. Homobono in consult. cas. 2. part. 2. resp. 8. 7. Filliucio tom. 2. febr. tract. 2. 1. cap. 4. n. 172. & Suarez de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 5. num. 1. 5. & aliis quos citat, & sequitur nos. summe Laurentius Portel in dubiis regularium, ver. 1. 2. 3. casus reservari num. 7. vbi sic ait: Si sit in dubio quod via casus sit reservatus, presumitur non reservatus, & resolutio potest absolviri tanquam non reservatus. Ita ille, & ratio est, quia referatio est odiosa, per consequens strictè interpretanda.

3. Verum hanc sententiam Sanchez in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 7. 4. limitat, nisi esset presumptio fori externi pro illius delicti admitti veritate, quia stante hac presumptione, est pro certitudine delicti possesso, & illi presumptioni est in utroque foro standum, dum contraria veritas non constat, v. g. haeresis externa referatur, quando etiam mente ita sentitur, dubius autem eam proferens est, aut ita mente sentitur, vel an mente ita sentienti pronuntiet exterius animo eius asserenda, & sic sit vere externa, ac proinde referata, an solius ioci animo censetur in hoc dubio referata, quia cum verba sint naturaliter signa intentionis, & nullus presumat dicere quod in corde non habet, nec alterum quam in eo habet, presumptione est ac possesso in hoc dubio ut haeresis illa processerit exterius ex vero consensu interiori in illam. Sic Sanchez.

4. Non reticeam tamen nouissime aduersus illum insurgere Thomam Merollam in diff. Theol. tom. 2. disp. 3. cap. 1. dub. 2. coroll. 2. 3. num. 370. vbi impugnat supradictam Sanchez limitationem; existimat enim calum non censeri reservatum, nisi certò confiteatur reservatione, nec satis quod presumatur reservatus, quia cum referatio sit odiosa, & ideo strictè interpretanda quando Prelatus referat sibi, v. g. haeresim, debet intelligi de peccato haeresis certo, & non tantum presumpto; & consummatur hoc a simili, nam quamvis quando quod est certus, se emisisse votum castitatis, sed dubitat si habuerit animum se obligandi, teneatur castitatem seruare, quia possesso, ac presumptione stat pro illo voto constitutis; nihilominus tale votum non censetur Pontifici reservatum, vt concedit ipse Sanchez lib. 4. cap. 40. n. 2. 6. & cap. 44. num. 3. Et hoc non aliatione nisi quia, cum referatio sit odiosa, restringenda est ad causas certas, ergo eadem ratione dicendum est in causa nostro: hoc omnia Merolla loc. cit. sed sententiam Sanchez nouissime tenet Alfonso de Leon de pénit. confess. part. 1. collect. 1. 5. n. 2. 5. verum utramque sententiam ego putto probabilem esse.

5. Notandum est etiam hic obiter, posse referari peccatum in dubio, an sit mortiferum in materia aliqua determinata, quod fusce probat nouissime Tertianus in selectis disputation. part. 1. disp. 3. 8. dub. unico.

RESOL. XLIII.

An causus dubius, si continetur in Bulla Cœna, possit absolviri à quocumque Sacerdote ab Ordinario approbat?

Ex quo deducitur, quod causus dubius non censetur reservatus? Ex part. 1. tract. 1. 4. & Misc. 4 Ref. 10. alias 8.

§. 1. **R**obabiliter affirmatur responderet Pater Pel. S. 1. Pizzarius in Mon. Regul. tom. 1. tractatu 6. cap. 2. pite 2. scđt. 1. n. 16. vbi sic afferit: Quæres, an per- se latet in Decreto Clementis contra absoluendos à causibus

De Aliquibus reservatis. Ref.XLIV. 293

caſibus Bullæ Cœnae incorruntur in caſu , quo quis abſoluat à caſu , de quo dubitat eum conteri in ipsa Bulla ; Reſpondeatur videri non incurtere , attempo Decreto moderatorio posteriori eiusdem Clementis ad eandem effectum edito . Ita viři Doctri à me conſulti , & conſtat ex eo , quod caſus reſervatus in du- bio non eſt reſervatus , niſi ipſe poſitivo aliter sta- tuatuerit posteriori autem Decreto Clementis VIII . quod fuit moderatorium prioris ab eodem Clementi lati ſuper abſolutionem referuatorum , nulla fit menio de caſibus Bullæ Cœnae dubiis ; ſicut ſicba in priori Decreto ; quod proinde dicendum eſt mo- deratum fuſſe etiam quod præfatos caſus dubios dicta Bullæ . Ita ille . Et poſt illum nouissime idem lenit Carolus de Baucio in *Miſcellaneis caſuum conſientiis* , tom. 2. opifex. 2. quaſt. 1:38. vbi docet , quod licet ſit cauſa in iure quod caſus dubius in Bulla Cœnae Domini non poſſint abſolui , vt patet ex sacra Congregatione Episcoporum , & regulamen- tum de mente Clementis VIII . quando reuočantur caſus referunt ab ordinario loci Regularibus , & aliis priuilegiatis ; tamen idem Decretum de man- dato eiusdem Clementis VIII . fuit moderatum , & declaratum , videlicet ſub eiusdem prohibitione illo- tanta compreheſendi caſus , qui in Bulla Cœnae Domini legi conſueta continentur , &c. & non facit mentionem quando caſus eſt dubius , ſicut in primo Decreto clare prohibuit , vt caſus dubij contenti in Bulla Cœnae non abſoluantur : ergo moderatione pri- mi Decreti fuit deduc̄ta res ad terminos iuriſ com- minis , quod ius ſecundum probabilem Doctorum ſententiam , ait quod caſus reſervatus dubius , non confundens alii referuatoris ; licet alii Doctores oppo- ſitum ſentiant . Quod fuit moderatum primum De- cretum quod caſus dubios in Cœna Domini ultra- rationem : idem ſentit ad modum R. Pater Vincen- tius Campanilis Socieratis Iefu prædictus bonitate , & doctrina . Hac Baucio loco citato .

RESOL. XLIV.

*An reservatio casuum includat peccata præterita?
Ex quid se confira super his imponatur?
Pro quibus aliquia adveniuntur contingencia in su-
pra dictis casibus? Ex part. 8. tract. 7. & Miscell.
Ref. 70.*

S. I. R espondeo affirmativè; igitur dum Prae-lates casus aliquos reseruat, censetur comprehendere non solum postea committendos, sed etiam antea commissos: vt notant Flotonus de *ca-sibus reformati*, cap. 3. numer. 17. Naldus in *summa verb. casus*, num. 7. Bordonus *resolut.* 78. quest. 24. Ni si tamen oppotuit explicet, loquendo solum de peccatis postea committendis. Et nisi confutam imponat, & cum censura referentiori: quia confutam non nisi ad peccata committenda referte potest, & ita intelligitur etiam referentiam referre. Aut nisi demum qui ante promulgationem edicti confessio iam rite & valide fuisse, ac per obliuionem aut iusta de causa peccata illa prætermissserit, quia tunc liberè posset de illis confiteri & absoluiri. Aut etiam nisi iam confessionem incepisset, quia tunc patiter libere eam posset prosequi, & de omnibus simul peccatis absoluiri. Ita aduerterit Bordonus *quaest.* 25. & 26.

RESOL. XLV.

*An reservatio casuum comprehendat peccata commis-
sa ante eius reservationem?*

Et quid si cum reservatione easum Superior imponat censuram, & cum censura reservationem?
Et docetur, quod cessante causa legis, & causa finali cessar etiam lex, & hoc habet locum in legibus, & statutis.
Et aduertitur, quod ignorantes reservationem adhuc illi subiciuntur? Ex part. 10. tract. 15. & Misc. 5. Ref. 39.

S. I. Negativè respondet Pasqualigus in qg. can. *N* *cen. 2. qua^q. 166. num. 2.* lex enim non plus extenditur, quam se extendat finis, & ratio ipsius ob quam proxime Legislator mouetur. Et proinde cessante ratione legis, & causa finali, cessat etiam lex, *l. in omni ff. de adoptionib. & l. quod dictum, ff. de pactis, & l. adigere, §. quoniam, ff. de iure patron. &c.* Et si Christus, de iureuit. Quid habere locum etiam in legibus, & statutis, notant Petr. An- char. *consil. 48. n. 4* Dynus *consil. 6. num. 2. vers. Pra- terea*, Angel. *consil. 86.* Ludou. Rodolphin. *lib. 2. Variar. qua^q. 35. n. 10.* Et ratio est: quia cum finis moueat Legislator ad condendam legem, intentio ipsius, vt pote directa ad finem, non plus se extendit ad illam materiam, in qua non reperitur finis: cum autem lex non obliget nisi secundum mensuram intentionis Legislatoris, non obligat circa eam materiam, in qua non reperitur finis. Cum ergo finis reservationis absolutionis non habeat locum in peccatis commissis ante reservationem, non obligabit quoad ipsa.

2. Rursum cum reservatio quoad dispositionem imitetur legem; & lex de novo aliquid disponens non trahat ea præterita, sed solum ad futura, *i.e.* leges. C. de legib. & cap. Cognoscere. & cap. fin. de confit. sequitur quod ea, quæ habent causam de præterito, non debeant iudicari secundum legem nouam, sed solum secundum ius antiquum. Et proinde Rota decis. 818. num. 2. p. 3. diuersi. dixit Legem subsequenter non extendi ad prætentia, quæ sunt conexa cum præteritis: ergo nec etiam referentia extenditur ad abolitionem de præfenti quoad pecata de præterito, quæ commissa sunt ante referuationem.

3. Sed haec opinio est contra praxim Confessiorum, & contra communiores sententiam Doctorum; & ita prater Floronum, Vgolini, Naldum, & Bordonus quos citauit in pari. 8. tract. 7. re-^{*Quo hic est Rel. adre- dens. & in alio vers. eius}
sol. 70. Tenet iterum hoc Bordonus in *Miscell. decis.* 492. quibus addit me citato Pelliziarium in *Man. Regul. tom. 1. tract. 6. cap. 2. sect. 2. num. 126.* prima not.
nisi cum reseruatione caelum superior imponat cef-^{Super hanc censuram in Rel. annot.}
furam, & cum censura reseruationem. Ad rationes
vero Pafqualigi respondet Bordonus dicta a decis. 492.
dicit enim verum esse quod lex non plus se exten-^{praeiecta an-}
dit medium.

dicit enim verum esse quod lex non plus se exten-
dit, quam faciat finis, a quo Legislator mouetur ad
legem condendam, conquequerentur, quando condit
legem refererationis a praedicto fine obviandi pec-
catis mouetur: quoniam autem obviaio non spe-
cificatur ab hoc, vel illo peccato in specie, sed in
genere non speccatis commissis vel committendis,
ideo sub eadem refereratione comprehendit utrum-
que genus peccati; licet enim obviaio habeat
pro obiecto peccatum futurum, nihilominus ex-
tenditur etiam ad praeteritum; in quantum peccati
tens reddendo se difficulter & incommodum ad
inveniendum Poenitentiarium, vel Superiorem pro
absolutione a referatu, retrahitur a futuri culpis,
conquequerent peccatum iam commisum inuoluit
motuum quod inducit legistatorem ad referatio-
nem. Deinde finis refererationis non tantum est ob-
viate peccatis futuri, sed etiam vt per eorum ab-
solutionem faciendam tantum ab Episcopis, vel ab